Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

uelis ab eis, nec ad dexteram
nec ad sinistram, nec sequa
ris deos alienos, nec colu
eris eos. Quod si audire
nolueris vocem domini dei tui, vt
custodias et facias omnia man
data eius, et cerimonias quas
ego precipio tibi hodie, venient
super te omnes maledictiones iste
et apprehendent te. Maledictus
eris in ciuitate, maledictus e
ris in agro, maledictum horreum tuum,
et maledicta reliquie tue. Ma
leducta fructus ventris tui, et
fructus terre tue, armenta bou
um tuorum, et greges ouium tuar
maledicti eris in ingrediens
et maledicti egredieris. Mit
tet dominus super te famem, et
esuriem, et in cuncta in
omnia tua que facis, donec
conteratur te, et perdat velocit
perdat ad inuentionem tuam pes
tem, in qua reliquisti me.
Adhuerebit tibi dominus pestilentia
donec consumat te. De terra
ad quam ingrediris possiden
dam, percutiat te dominus egres
tudine febri, et frigore ardore
et estu, et aere concremato, ac
rubigine et persequatur donec
pereas. Sit celum quod super te
est enneum, et terra cum calcas
ferrea. Det tibi imbrem terre
tue puluerem, et descendat
de celo super te cinis, donec
conteraris. Tradat te dominus
corruendum coram hostibus tuis.
Per viam vnam egredieris ad
eos, et per septem fugies
et dispergeris per omnia regna
terre. Erit cadauer tuum in escam
cunctis volatilibus celi et be
stiis terre, et non erit qui ambi
gat. Percutiat te dominus vlcere
egypti, et partes secretiores per
quas secretorum digerunt, scabie
quoque et prurigine, ita vt
curari nequeas. Percutiat
te dominus amentia et cecitate ac
furore mentis, et palpes in
meridie, sicut palpare solet
cecus in tenebris, et non di
gas viam tuam. Omnique tempore
calumpniam sustineas et opprima
ris violencia, nec habeas qui
liberet te. Vxorem accipias
et alius dormiat cum ea. Do
mum edifices, et non habites
in ea. Plantes vineam, et
non vindemies eam. Bos tuus
immolet coram te, et non come
des ex eo. Asinus tuus rapiat
in oppetitu tuo, et non reddat
tibi. Oues tue dentur inimicis
tuis, et non sit qui te adiu
uet. Filii tui et filie tue tra
dentur alteri populo, videntibus
oculis tuis, et deficientibus
ad oppectum eorum tota die, et
non fortitudo in manu tua. Fru
ctus terre tue, et omnes labores
tuos comedat populus quem ig
noras, et sis semper calumpniam
sustinens, et oppressus cunctis di
ebus, et stupens ad ea quez cor
que videbunt oculi tui. Per
cutiat te dominus vlcere pessimo
in genibus et in suris, ita vt
sanari non possis a planta pe
dis vsque ad verticem tui. Du
cet te dominus et regem tuum, quem
constituisti super te, in gentem
quam ignorasti tu et patres tui,
et seruies ibi diis alienis
ligno et lapidi. Et eris in pro
uerbium ac fabulam omnibus populis
ad quos te transtulerit dominus